

conuerti uoluerunt ab omni
rectate sua. Habent cer
uicem & scilicet in melictio
te praesentant. ut nihil
suis meritis tribuan
tiae deputant. de hoc in
timeli uti uita est tanta
nullis quod de talibus aut
unt scilicet de uirtute inuit
ostendit in se omni nihil
nummo deest in se scilicet
multo necessarium si quis
eque quicquid quod in omni
tuit. Illi autem neglegere
unt alius in uilla sua.
in omne sua; Amiserunt

tantum assistentia in omne huius pre
sentis presentem uita: quod in mundi
delectatione spiritus animalis parat a pro,
Vnde dicitur; At illi in ceteris & abierunt
aluis in uilla sua alius in negotiatio
ne sua; In uilla ite est in terrene
inmoderate in ceteris; In negotia
tione uero ite est ad honorem uero in ter
latum in ceteris in huius; Quia enim
aluis in ceteris in labori terrene. alius
uero mundi huius ad honorem delectatis
mysterium incarnationis dominicae
pensare & scilicet in illi in uita dissimul
lat quasi in uilla uel negotium in p
gens in uita ad regis in uilla in ceteris
in plerumque quod est in uilla in ceteris
in uilla in ceteris in uilla in ceteris

Continetur hoc Volumine
JURCANI LIDDELI SCOTI
Disputationes,

Theses Logicae
Propositiones Astronomicae de diebus et Annorum differentijs
De facultate Vegetante.
De Philosophia ejusq. Instrumentis.
In II. Meteororum de Misi generatōe Diss. I.
In II. Meteororum de Concoctione Diss. II.
Diss. Pathologicae, I. de Morbis.

II de Causis Morborum in græ.
V.
VI.
II X.

Diss. posterior de Praesagijs
de Peste diss. prior.
De Natura et Facultatib. medicamentorum.
De Compositione et Preparatōe medicamentorum.
De Arthritide.
De ratione Purgandi.
De Phlebotomia, Hirudinib., Scarificatione
De Febris Natura e diss. I.
De Febris II.
De Febris III.

De Medicina ejusq[ue] partibus.

Disp[os]. Physiologicarum. I. De Elementis.

II. De Temperamentis.

III. De Anima, ejusq[ue] facultatib[us] in q[ua]re.

IV. De Natura & Differentiis partium Solar. corp[or].

V. De Calido innato & Spiritibus.

VI. De Naturalib[us] facultatib[us] in q[ua]re et.

VII. De Humoribus.

VIII. De Generatione Hominis.

IX. De Animalis facultate et.

X. De Sensibus interiorib[us] et.

De Apoplexia.

De Paralyssi.

Dictata

In Ponga. Melae tres libb. de sito Urbis.

JOANNES LUCHTEN II.

Disp[os]. de Cataractis.

Physica, de Principiis naturalium rerum.

De Origine Fontium.

De Facultate Medicamentorum purgantium.

De Apoplexia.

De Mixtione.

De Hydrope.

De Phtisi.

De Melancholia.

FRANCISCI PARCORSII

De Memoria longa disp.

De Epilepsia.

CASPARI PARCORSII

De Natura hominis.

De Cataracta.

JACOBI HORSTII.

De modo Generationis Morborum.

JOHANNIS BORFII.

De Somno.

De Variolis.

JOHANNIS SIGFRIDI.

Disp. Anat. De partibus Humani corporis similaribus.
De Corde.

Disp. de Gère Aromatum, quæ Radices sunt.

DISP. VARIÆ VARIORUM.

De Pleuritide, M. Anton. Macholdi, M. Hermani Cuneidingi
et M. Casp. Arnoldi.

De Phthisi, M. Christiani Hastii.

De Melancholia M. David Finxi.

De Purgatione Tobie Tomckely.

De Phrenitide Sigismundi Martiaj.

De Variolis et Morbellis Frid. Wagneri.

De Solonib. Arthriticis et Christoph. Nyly.

De Ictero flavo Valent. Emerij.

De Apoplexia Jul. Joan. Bokely, Joas. Keincke et Jo. à Detkum.

De Podagra, Jona Defoor, A. Pauli Reinboldi, Conrad. Schattkary.

De Adonibus David Cufels.

De Febre Maligna Erasmi Smid.

THESES
LOGICAE,
PRÆCIPVAE
IVSDEM CAPITA
complectentes, ad dispu-
tandum propositæ,
A



M. DVNCANO LIDDEL
Scoto,

*De quibus
Deo auxiliante respondere conabitur*

DANIEL CRAMERVS
Retzensis Neomarchicus.

*Erit Disputatio publicè in Collegio
Fratrum 4. Id. Januarij.*



ROSTOCHII
Excudebat Stephanus Myliander.
ANNO
CIC ID XC.

*D. D. Johann Caspar
mittet
L. H.*

... 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 ...

LOGICAE

99 A 6903



T H E S I S I.

Numeros illos errores falsasq; veterum Opiniones, non modo in Philosophia, sed etiam in omni disciplinarum genere, nullà alià causà euenisse Aristoteles prodidit, quam, quod Methodo cognoscendi ignari de via & ratione veritatem inueniendi parum aut nihil cognitum habuerunt; Hinc alij in illas voces proruperunt, aut nihil verum esse, aut illud nobis ignotum: Alij illud solum verum esse, quod cuiq; verum esse videtur.

2 Est enim ea mentis humane cœcitas & cognitionis incertitudo, ut nisi Duce aliquo regatur, & norma dirigatur, ad veritatem contendere, aut ad Scientiam rei aspirare nunquam possit, sed mancipata opinionibus per devia errorum perpetuò ferri.

3 Quare Veritatis summi Indagatores diligenti & accurata consideratione et obseruatione naturalis illius discursus mentis humane, præcepta quædam inuenerunt, quæ Aristoteles adhuc confusa, & sine Ordine dispersa non tantum auxit & in ordinem redegit, sed etiam quam accuratissimè examinata in absolutissimam doctrinæ formam primus reuocauit, ut norma & via esset, secundum quam mens in cognitione rerum dirigatur, & Organon, cuius habitu velut manu Intellectus ad veritatem ducatur.

4 Hanc quia λόγον rationem nimirum nostram informat, Aristoteles proprio nomine Logicam vocauit: quia verò Scientijs omnibus metas præscribit, nunc μέθοδος ἐπιστήμης, nunc Methodum, nunc ποιητικὴν nominat: Plato verò μαθημάτων ἄλλων ἰσχυρόν κ' ἐτέλος: Alij minus proprio nomine Dialecticam.

5 Doctrina autem hæc, quia nullius rei propriam cognitionem sibi vendicat, Scientia propriè non erit: Sed Habitus quidam communis, qui licet nulli proprius tanquam norma & Instrumentum, omnibus Scientijs & artibus accommodari tamen potest: Quo nomine à Metaphysica, quæ communissimorum principiorum & rerum Scientia est, discernitur.

6 Itaq; cum Habitus iste, rei alicuius non sit, sed velut Instrumentum omnibus accommodari potest, seipso perfectus non erit, sed usu absoluitur quatenus omnibus disciplinis & rebus applicatur, vnde Facultatis denominationem assumit: illud quod omnibus Scientijs maximè necessariū est, mentemq; maximè perficit veritatem nimirum inquirens.

7 Vnde manifestum euadit quod Logica nihil aliud sit quam Habitus Instrumentalis verum à falso discernens.

8 Huic Facultati nullum certum Genus Entis naturæ, nullumue aliquod primum vñ uq; subijcitur, sed quemadmodum à cæteris Disciplinarum Facultatibus Logica differt, & tamen ad omnes usu quodam se extendit. ita & Subiectum proprium aliquod aptum & idoneum vsui huic habebit, nimirum Entia Rationis, quæ vñ uq; vñ uq; vñ uq; & Secundæ rerum Intentiones vocantur, quibus tanquam Instrumentis opus suum & finem veritatem assequitur.

9 Veritas autem ipsa proprium Opus Finisq; Logicæ, quatenus à nobis intelligitur & rationibus confirmatur, quia unius generis non semper est, sed alia Necessaria alia Probabilis, proinde duplex erit opus Logicæ, atq; adeò due propriæ Logicæ Partes.

10 Vna, quæ Necessariam veritatem necessarijs per Demonstrationem rationibus inquirat, et ad perfectã Scientiam ex proprijs & genuinis principijs comparandam inseruit, Apodictica & nonnunq; Analytica dicta.

11 Altera communibus & in utramq; partem disputabilibus rationibus probabilem rei veritatem ita inquirat, ut nunquam susceptæ sententiæ contradicatur, nunquamq; ad Impossibile reuocetur, quæ Topica & Dialectica nominatur.

12 Vtriusq; in omni Disciplinarum genere summa est necessitas, & ad omnem vitam insignis usus: quemadmodum enim Apodictica, ea quæ Scientijs & artibus, quarum sunt genuina principia & proximæ causæ, continentur, perficit, ita & Topica ad eorum veritatem, quorû non sunt propria Principia & immediata causæ, cognoscendam inseruit.

13 Vt autem hos fines Logicus assequatur. Munus aliquod habebit quod in differendo & docendo consistit, cuius Muneris partes sunt. illa Inuenire & iudicare, quæ ad veritatem alicuius rei cognoscendam inseruiunt.

14 Et quia absolutissima differendi ratio fit Syllogismo, proxima lucis naturæ norma, proprioué veritatis inquirendæ instrumento, vnde aliæ Argumentationum Formæ necessitatem concludendi habent, Syllogismus verò ex Propositionibus, Propositio ex Prædicato & Subiecto: proinde ad fines illos Logicæ assequendos, Communis sed triplex requisita erit doctrina, secundum triplicem intellectus nostri operationem.

15. Quarum prima consistit in cognitione & apprehensione Simpli-
cium,

sium, quatenus vim attribuendi habent, quæ duabus partibus absoluitur: cum enim primo intuitu res mente concipi non possunt, communissimas illas differentias quæ rebus accidunt, quatenus sub noticiam mentis veniunt, vel primarum notionum secundas notions & intentiones quibus simplices rerum naturæ tractantur & explicantur, & Categoremata communiter vocantur, imprimis introductionis loco cognoscere oportet: Deinde rerum propriissima & prima νομῶν quatenus per se intelliguntur & attribuuntur quæ κατηγορίαι dicuntur.

16 Categoremata autem, ex quibus mutua habitudo omnium Simplicium quatenus vim prædicandi habent conspiciuntur, sunt quinque: Nam quicquid de aliquo enunciatur (si non Indirecta aut Figurata fuerit Prædicatio) aut Genus, Species, Differentia, Proprium, aut Accidens erit.

17 Generum autem Specierum & Differentiarum, quatenus rerum primis notionibus accommodantur, Decem sunt summa Capita, & Prædicamenta, ad quæ omnia Prædicata reuocantur, quorum omnium fundamentum est Substantia, per se subsistentiam habens, cuius respectu omnia reliqua Nouem subsistere & accidere dicuntur, quorum duo absolute Substantiæ, Quantitas, propria Substantiæ Corporeæ mensura, qua partes alias extra alias habet & Qualitas, cuius vi agere & pati dicitur, conueniunt. Verum respectiue ad aliud Relatio. Reliqua sex, Actio, Passio, Vbi, Quando, Situs & Habere, licet absolute Substantiæ tribuantur, sine Relatione tamen ad aliud non perfecte intelliguntur.

18 Altera Doctrina primam Simplicium νομῶν Compositionem in qua Veritas & Falsitas locum habet, explicat. Consistit autem illa Compositio, in Enunciationibus, Orationibus quæ Nominibus & Verbis recti casus Subiectis nimirum & Prædicatis constant: proinde Enunciationum omnes ad Veritatem cognoscendam Differentiæ & Affectiones cognoscendæ erunt.

19 Ac primò quando unum uni attribuitur Simplex quando verò plura uni vel pluribus attribuuntur Composita Enunciatio existit: Simplex autem Enunciatio ex qua Composita intelligitur, si Qualitatem eius respicias, aut Affirmatio erit, quæ aliquid de aliquo, aut Negatio quæ aliquid ab aliquo enunciat, inter quas duas Veritas & Falsitas, primaque omnis Oppositionis causa in Enunciationibus consistit.

20 Sed in hac Pugnantiâ Quantitatem Enunciationum intueni debemus, quæ

mus, quæ vel cum signo Vniuersalis & Particularis: vel sine signo Inde-
finita & Singularis: cuius Quan itatis respectu aliæ Contrariè, aliæ
Subcontrariè aliæ Contradictoriè, quæ solæ verum à falso semper discer-
nunt, opponuntur.

21 Nec tantum Quantitatis & Qualitatis ratio habenda est sed et Præ-
dicatorū & Subiectōrū & Modi attributionis: nam aliæ sunt Enunciatio-
nes Terminis Finitis, aliæ quæ Infinitis constant. Deinde aliæ, in quibus
verbū substantiuum explicitè non ponitur, aliæ ab est primi, secundi, ve-
terij adiecti. Præterea aliæ Absolutæ, aliæ cum certo Modo: qui Modi
sunt tantum quatuor: Necessarium, Possibile, Impossibile, Contingens, qua-
rum omnium Enunciationū diuersa erit consideratio, diuersæq; Affectio-
nes: nam præter Oppositionem quæ in Absolutis fit Affirmatione & Ne-
gatione dicti, in Modalibus ipsius Modi, triplex spectatur Affectio, nimi-
rum Compositio & Diuisio, *Ἀπολόγησις & ἰσοδυαμία*.

22 Sed quia rei ignotæ Veritas sine discursu & ratiocinatione mētis non
cognoscitur tertiā opus erit Doctrinā, quæ propriam Veritatis inuenien-
dæ normam Syllogismum, & omnia quæ ad Syllogismi perfectionem re-
quiruntur, explicat, nimirum Syllogismorum γένεσιν: Deinde ut Syllo-
gismus abundemus εὐπορίαν προτάσεων: Tertio Syllogismi iam consti-
tuti Ἀνάλυσιν: quarto Potentias & Impotentias: Ac tandem cognatas
Argumentationum Formas, quæ ex eo tanquam ex riuulo fluunt.

23 Ac quod ad γένεσιν attinet omne quod ratiocinatione comprobatur
& concluditur Questio vel Propositio dubia est, duobus terminis, quæ
proprie Extrema dicuntur, constans, ac illud per quod Probatio fit, quia
mutuum ad utrumq; extremorum affectionem habet Medium dicitur, ex
quorum trium legitima Dispositione, cum debita Qualitate & Quanti-
tate, beneficio lucis illius Naturæ quæ in Dici de Omni & Dici de Nullo,
normis omnis Consequentia, conspicitur, Syllogismus & tres Syllogismo-
rum Figuræ oriuntur: sed primario Syllogismorum prima Figura, abso-
lutissima Concludendi Ratio, omni Conclusioni inseruiens, Medium Σέ-
σθ & Φύσθ habens, unde per Reductionem Secundæ & Tertie Figuræ
Consequentia Necessitas manifesta nobis efficitur.

24 Præmissæ autem illæ & Propositiones in Syllogismis, quemadmo-
dum unius generis non sunt, sed vel de Inesse, vel Modales de Necessa-
rio & Contingente, vel ex his mixtæ, ita & Syllogismorū qui ex illis fiunt
diuersa debet esse Consideratio.

Verum

25 Verū ut Medijs & Propositionib. abundemus, ad Propositū aliquod Syllogismo comprobandū delectus Consequentū, Antecedentiū & Repugnantū utriusq; Extremi haberi debet, unde Media ad alterā Quæstionis cuiuscūq; partē cōprobādā vel refutādā apta & idonea inuenire licet.

26 Quia autem non sufficit Syllogismi Naturam cognouisse, sed ne fucus aliquis lateat Analyti Neceſſitatem cuiusq; orationis argumentosa trutinare, primus labor erit Principale Propositum cognoscere deinde Syllogismos in suos terminos resolvere: & quæ probantur, ac ex quibus probantur, siue in toto, siue in parte, quæue nihil instituto inseruiunt, videre: Ac non tantum terminos Finitos ab Infinitis, & Propositiones Mediatas ab Immediatis discernere sed & Casuum, Reduplicationum omniumq; Determinationum accuratam considerationem habere.

27 Syllogismis non Formæ solius sed Terminorum quoq; & Propositionum causa accidunt Potentiæ quedam & Impotentia: Potentiæ autem quinque, nimirum: Plurium Conclusorum Consecutio: Veri ex Falsis Probatio: In Orbem Reciproca Argumentatio: δι' ἀντιστροφῆς & Ἀπὸ τῆς ἀδυνατίας Probatio. Impotentia verò sex: Ex Oppositis Argumentatio: Principij Petitio, qua Dialecticæ Probationi occurritur: μὴ παρὰ τοῦτο συμβαίνει τὸ ψεῦδος, qua Probationi ad Impossibile: ψευδῆς λόγος: κατὰ συλλογισμὸς: Ἐλεγχῶ.

28 Præter Syllogismum propriè dictum quedam sunt Argumentationum Formæ quæ nō tantū Syllogismo cognatæ sunt sed à Syllogismo omnē Evidentiam & Neceſſitatem concludendi habent, nimirum Ε'παγωγῆ, παρὰδειγμα, Απαγωγῆ, Instantia, Enthymema; quibus addunt nonnulli Syllogismum Disiunctiuum & Hypotheticum, Soritem, Dilemma.

29. Hæc est illa generalis Veri inquirendi Methodus quæ utriq; parti Logicæ famulatur & inseruit; quæ sicut Apodictica materiæ Neceſſariæ & Scientificæ per Demonstrationē, ita Topica Probabili accommodat.

30 Est enim ipsa Demonstratio, proprium Scientiæ inquirendæ Instrumentum, nihil aliud quam Syllogismus Scientificus collectus ex Propositionibus non tantum veris, notioribus & prioribus sed & primis Indemonstrabilibus & immediatis, triplici illa Neceſſariarum Propositionum conditione κατὰ παντὸς, καθ' αὐτὸ, κατὰ τοῦ πρώτου præditis; Qualia prima & Indemonstrabilia sunt: primo Axiomata: Deinde Theses: Ultimo Postulata: quibus omnibus immediata & Neceſſaria Conclusionis causa proponitur. Ac pro-

31 Ac proinde tria sunt ex quibus Demonstratio perfecta constat: nimirum propria Affectio quæ demonstratur de subiecto suo primo per Medium causam proximam utriq; extremo absq; alterius alicuius interuentu connexum, qualis Demonstratio $\delta\acute{\iota}\omicron\tau\iota$ propriè dicitur, & in prima Figura ex vniuersalibus maximèq; Affirmantibus efficitur: A qua illa Demonstratio quæ vel ex causis remotis vel ex effectibus causam de subiecto demonstrat & $\omicron\tau\iota$ dicitur, Scientiæ & perfectionis gradu declinat.

32 Ipsa autem quæ Sciuntur & Ratio qua aliquod ignotum demonstratur quadruplici quæstione perfectè intelligitur, quarum duæ in compositis $\acute{\omicron}\tau\iota$, $\delta\acute{\iota}\omicron\tau\iota$: Duæ in Simplicibus $\acute{\epsilon}\iota\ \acute{\epsilon}\sigma\iota$, $\tau\acute{\iota}\ \acute{\epsilon}\sigma\iota$, Locum habent: Verum $\delta\acute{\iota}\omicron\tau\iota$ ad quam $\acute{\omicron}\tau\iota$ refertur causis per se explicatur, $\tau\acute{\iota}\ \acute{\epsilon}\sigma\iota$ verò Definitione & causis quibus rei Essentia explicatur.

33 Topica autem seu Dialectica quæ in utramq; partem communibus rationibus disputat, & in collatione sententiarum consistit, Syllogismo collecto ex probabilibus Propositionibus utitur, quales Propositiones ex quadruplici Locorum genere Accidentis, Proprii, Generis & Definitionis sumuntur: Ac proinde minus Dialectici erit non tantum Locos inuenire unde Quæstionis dubiæ veritas examinari possit, sed in Opponendo Argumenta sua quam accuratissime producere & in Respondendo Rationibus Aduersarij ita occurrere ut ad impossibile planèq; absurdum nunquam reuocetur.

34 Quemadmodum Scientiæ Ignorantia & Demonstrationi Syllogismus Apateticus, qui $\psi\epsilon\upsilon\delta\omicron\gamma\epsilon\gamma\acute{\alpha}\ \omicron\eta\mu\alpha$ nonnunquam dicitur, opponitur: ita Dialectico & Pirastæ, Sophista: Ac Syllogismo probabili Eristicus, seu Elenchus Sophisticus, collectus ex Apparentibus speciem veri habentibus, vel in ipsa dictione vel in ipsis rebus extra Dictionem, quæ omnia & quoscunq; Sophistarum fucos veri Indagatorem cognoscere operæ precium erit.

35. Hæc est illa Veri inquirendi via mentisq; humanæ ad omnem cognitionem instrumentum, cuius partes Methodo Analytica inuentas, Aristoteles Naturæ & Veri summus Interpres ordine Synthetico coniunxit, & in formam Doctrinæ, quam iam tradidimus, quam accuratissime proposuit.

FINIS.

99 A 6903

(No. 24
nicht)

(25 Handschrift)

(9)

(No. ~~ausgegeben~~)


ULB Halle 3
002 636 220



VD17

TA-OL





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

E S E S

ICAÆ,

IPVA E

M CAPITA

tentes, ad dispu-
m propositæ,

A



ANO LIDDEL

Scoto,

e quibus

respondere conabitur

CRAMERVS

s Neomarchicus.

o publicè in Collegio

4. Jd. Januarij.



STOCHII

Stephanus Myliander.

ANNO

MDXC.

D. D. Johann Caspar
mittet
Lese

